Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica VII. post octavam pentecosten. Secundum Marcum [= 8,1-9]. Omelia venerabilis Bede presbyteri de eadem lectione.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

leat. tam qa int ee aliqd hoc loco
fateri cogit ipsa distinctio. Vnde et
ad eculum ptinere sententie platio.
quando n iam cu ipso reo agitur
utru damnand sit. s; int se q iudi
cant eferunt. q supplicio damnari
oporteat. que constat ee damnan
dum. Gehenna u ignis nec damna
tione habet dubia sic iudicium.
nec damnati penam sic ecilium.

DOM. VII. post oct. pentecost.
SCDM MARCUM.

In illo t. Cum multa turba eet
cu ihu. nec haberent qd mandu
carent. euocatis discipulis ait illis.
Misereor sup turba. qa ecce iam
triduo sustinent me. nec habent
qd manducent. Et si dimisero eos
ieiunos in domu sua. deficient in
uia. Quida eni ex eis de longe ue
nerunt. Et responderunt ei discipli
sui. Vnde istos poterit qs hic sa
turare panib; in solitudine. Et
interrogauit eos. Quot panes ha
betis. Qui dixer. Septem. Et pce
pit turbe discumbere sup terra.
Et accipiens septe panes. gratias
agens fregit. et dabat discipulis su
is ut apponerent. Et apposuerunt
turbe. Et habebant pisciculos pau
cos. et ipsos benedixit. et iussit ap
poni. Et manducauert omis. et
et saturati st. Et sustuler qd supera
uerat de fragmtis. septe sportas.
Erant aut q manducauer. quasi
quatuor milia. et dimisit eos.

Omelia venerab BEDE
pbri. de eadem lectione.

In hac lectione esideranda e in
uno eodemq; redemptore nro di
stincta opatio diuinitatis et hu
manitatis. atq; error euticetis q
una tm in xpo opatione dogma
tizare psumit. pcul a xpianis fi
nib; expellend. Qs eni n uideat
hoc qd sup turba miseret dns. ne
uel media. ut ~~mina~~ me longioris
labore deficiat. affectu ee et copas
sione humane fragilitatis. quod
u de septe panib; et piscib; pauci
qtuor homin milia saturauit
diuine opus ee uirtutis. Mistice
au hoc miraculo designat. qd uia
sci psentis aut incolomes tnsire
nequim. n nos gra redemptoris
nri alimto sui uerbi reficiat. II.

Hoc typice int hanc re
fectione. et illa qnq; pa
num ac duor piscium distat. qd
ibi littera uetis instrumti spitali
gra plena ee significata e. hic
aut noui ueritas ac gra testamti
fidelib; ministranda monstrata e.
S; utraq; refectio in monte celebra

Coll.
Ds uirtutu cui e t
qd e optimu insere p
rib nris amore tui no
ipra in nobis religion
augmentu. ut que su
bona nutras et ac pietat
studio que sunt nutri
custodias. p.

ta est. ut aliorum euangelistarum narratio declarat. quia utriusque scriptura testamenti recte intellecta altitudinem nobis celestium preceptorum mandat et premiorum. utrumque altitudinem christi. qui est mons domus domini in vertice montium. consona voce predicat. Quae enim edificatam super se civitatem. sive domum domini. id est ecclesiam in alta bonorum extollit operum et cunctis manifestam gentibus exhibet. ipse hanc ab infimis delectationibus abstractam pane celi reficit. atque ad appetitum superne suavitatis. dato pignore cibi spiritualis accendit. III.

Misereor inquit super turbam. quia ecce iam triduo sustinent me. et non habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam. deficient in via. Quare triduo dominum turba sustinuerit. matheus exponit plenius quam iste. Et ascendens in montem sedebat ibi. et accesserunt ad eum turbe multe. habentes secum mutos. claudos. cecos. debiles. et alios multos. et proiecerunt eos ad pedes eius. et curavit eos. Turba ergo triduo dominum propter sanationem infirmorum suorum sustinet. cum electi quique fide sancte trinitatis lucidi. domino pro suis suorumque peccatis anime videlicet languoribus perseveranti instantia supplicant. Tu autem. IIII.

Item turba triduo dominum sustinet. quando multitudo fidelium peccata que perpetravit per penitentiam declinans ad dominum se in opere. in locutione. atque in cogitatione convertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam dominus non vult. ne deficiant in via. quia videlicet conversi peccatores in presentis vite via deficiunt. si in sua conscientia sine doctrine sancte pabulo dimittuntur. Ne ergo lassentur huius peregrinationis itinere. pascendi sunt sacra ammonitione. Valde autem pensanda est pia sententia que processit ex ore veritatis qua dicitur. quidam enim ex eis de longe venerunt. Est autem qui nihil fraudis. nihil corruptionis expertus. ad omnipotentis dei servitium festinavit. iste de longinquo non venit. quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit.

Dominica VIII. post octavam pentecosten. Secundum Matheum.

In illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis. qui veniunt ad vos in vestimentis ovium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas. aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor. fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que

6 collecta

Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur. te supplices exoramus. ut noxia cuncta submoveas. et omnia nobis profutura concedas. Per.